(1)-3

quentibus et repugnantibus hoc modo. Ab antecedentibus. Si viri culpa factum est
divortium. etsi mulier nuntium remisit. tamen pro liberis manere nichil — A consequentibus
oportet. A consequentibus. Si mulier cum fuisset nupta cum eo quicum — id quod
conubium non esset. nuntium remisit. quoniam qui nati sunt patrem non secuntur. pro liberis ma
nere nichil oportet. A repugnantibus. Si paterfamilias uxori ancil — A repungnantibus
larum usum fructum legavit a filio. neque a secundo herede legavit. mortuo
filio. mulier usum fructum non admittet. Quod enim semel testamento
cui datum est (id ab eo invito cui datum est) auferri non potest. Pugnat enim recte accipere. et invitum
reddere. A causis efficientibus hoc modo. Omnibus est ius parietem directum — Ab efficientibus phy.
ad parietem communem adiungere. ut solidum ut fornicatum. At si
quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit. non
debebit prestare quod fornix vitii fecerit. Non enim eius vitio qui de
molitus est damnum factum est. sed eius operis. vitio quod ita hedificatum est. — Ab effectis
ut suspendi non possit. Ab effectis rebus hoc modo. Cum mulier
viro in manum convenit. omnia que mulieris fuerunt viri fiunt
dotis nomine. Ex comparatione autem omnia valent. que sunt eius modi.
Quod in re maiore valet. valeat in minore. Ut si in urbe fines — A comparatione maiorum
non regnantur. nec aqua in urbe arceatur. Item et contra. Quod in
minore valet. valeat in maiore. Licet idem exemplum convertere. — A comparatione minorum
Item quod in re pari valet. valeat in hac que par est. Ut quoniam usus auc — A comparatione parium
toritas fundi biennium est. sit etiam edium. At in lege edes non appellan
tur et sunt ceterarum omnium quarum annuus est usus. Valeat equitas que paribus — Hucusque intrinsecus
in causis paria iura desiderat. Que autem assumuntur extrinsecus. ea
maxime ex auctoritate ducuntur. Itaque greci tales argumentationes
atechnos vocant. id est artis expertes. Ut si ita respondeas. quoniam P. Scevola
id solum esse ambitus edium dixerit quantum parietis communis tegendi
causa tectum proiceretur. Ex quo in tectum eius edes qui protexisset aqua
deflueret. id tibi ius videri. His igitur locis qui sunt expositi ad omne

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. C 219, 1_3r – A) Cicero: Topica; B) Annaeus Florus: Epitome Bellorum Romanorum; Livius: Periochae; C) Juvenal: Saturae, cum glossis; D) Augustinus (Pseudo-): Categoriae [= Paraphrasis Themistiana] (https://fragmentarium.ms/view/page/F-yuic/5321/50568)